



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab Anno Christi 1312 Usque Ad Annum 1351

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1767**

**VD18 9011826X**

§. 8. Papæ litteræ contra Henrici memoriam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66305](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66305)



Sæcul. XIV.  
A.C. 1313.

## §. VIII.

*Papæ litteræ contra Henrici  
memoriam.*

*Clement. un.  
de jurejur.  
Sup. §. I.  
Clem. Pasto-  
ral. 2. de  
sent.*

*Rayn. 1314.  
n. 2.*

Clemens V contra memoriam Henrici vita functi duo edidit decreta; & primum quidem ob asseverationem, qua is contenderat se fidelitatem nemini jurasse. Papa e contrario declarabat juramenta, quæ Imperator ante ac post impositam sibi coronam dixisset, juramenta fidelitatis & fuisse & reputari debere. Per alterum nullam esse declarabat sententiam ab Imperatore latam contra Regem Robertum, quippe qui legitime citatus non fuerit, nec potuerit tutus comparere in loco, ubi egisset Imperator. Præterea hic Rex, adjungit Papa, est noster cliens beneficiarius; nec in Imperio, sed suo in regno continuum habet domicilium, ita, ut Imperatori non sit obnoxius, nec læsæ majestatis imperatoriæ argui queat. Nos igitur per authoritatem, quam in Imperium tenemus, per jus, in quod Imperatori vacante Imperio succedimus, ac per plenitudinem potestatis, quam Christus nobis in Petro contulit, nullam & irritam declaramus hanc sententiam, & quidquid secutum est. Per assertum sibi hoc jus tractandi clavum vacan-



vacantis Imperii Regem Robertum vo- Sæcul. XIV.  
luit hujus Vicarium in Italia secundum A.C. 1313.  
res profanas esse, quamdiu Summæ Se-  
di placeret. Dabat 14 Mart. 1314.

## §. IX.

*Res Orientis.*

Catalani sub signis Friderici Arrago-  
nii Siculorum Regis stipendia meriti  
in Græciam transferant militatum con-  
tra Turcas: deinde arma sua verterant  
in Græcos ipsos, ac denique adversus La-  
tinos Achajæ ac Moreæ incolas. Æ-  
gerrime id ferens Papa Nicolaum Pa-  
triarcham Constantinopolitanum jussit  
monere Catalanos, ut omisso hoc bello  
viribus suis potius uterentur in ethnicos  
schismaticosque, alioquin anathemate  
ferendi. Epistola scripta fuit 14 Jan.  
1314. Sed nullum illius effectum cer-  
nimus.

n. 8. 9.

Cum Græci Constantinopolim reci-  
perent, Patriarcha Latinus erat Panta-  
leon Justinianus, qui fuga Italiam petiit.  
Sed quia quædam in Romania terræ *Sup. lib. 85.*  
subjectæ Gallis manebant, Summi Pon- *§. 10.*  
tifices pergebant creare Constantinopoli-  
tanos Patriarchas Latinos. Post Justi- *Ducange*  
nianum invenitur Cardinalis Hugolinus *hist. C. P.*  
Malebranchius anno 1291 extinctus; *p. 224.*  
tum Petrus confirmatus ab Honorio IV,

E 2

&amp;c